Area.] Area dicit ex eo q̃ ꝓ triturãdis frugib9 eradat. vel q̃ nõ trituret ĩ ea niſi arida. vel q̃a inutil' trituratõi niſi fuerit arida et ſicca. Ipa eſt ei area gedeonis ſicca. in q̃ vellus madefactũ ẽ. Hiero. Vellus cũ ſit de carne neſcit cor. paſ. Sic et virginitas cũ ſit ĩ carne, vicia carnis neſcit. [Deſcẽdet ſic pluuia in vell9.] Fecũdata eſt eni marie ꝟginitas rore gratie celeſtis. ſupueniẽte in eam ſpũſancto. et chriſto ĩ ſilitudine roris deſcẽdente in eã. Vñ ipe dic Oſee vlti. Ero q̃ſi ros. et iſrael germiabit q̃ſi liliũ. Et tñ caro eius exẽplo aree gedeõis ſine noxia ꝯcupiſcẽtia ſicca ꝑmãſit. Itẽ ꝑ areã attritã multis verberib9. poteſt intelligi caro marie multis attrita tribulatõibus et p̃ſſuris. Per vellus autẽ mens ipi9 beate ꝟginis. Ros autẽ gratie prius vellus. i. mentẽ virgineã infudit ad fidez. poſtmodũ aream. i. carnem eius ad fecunditatẽ. Unde primo dictũ eſt ei. Aue gratia plena. Secundo. Spiritusſanct9 ſupueniet in te. Item. In area ſeparant grana a paleis. et exemplo et merito et adiutorio marie vicia a virtutib9. Et tali exercitio inſiſtentes digni ſunt angelica viſiõe ſalutatõe et allocutõe, ſicut gedeon.

## Maria campus Titulus iij.

Campus.] Cuius ſe eſſe florem dominus gloriatur Canticorũ. ij. [Ego flos campi.] qui proprie eſt viola. Hi enim flores viola et lilium naſcunt de terra inculta. ſic et chriſtus de virgine inculta hũano exercitio. A

Maria campus propter

Florigeram amenitatem virginitatis.

Cõmunitatẽ pietatis. Unde btũs bern. Sileat miſicordiam tuam ꝛc. Libro. iiij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Maria campus ꝓpter

tiʈulo.xxij.de miſericordia eius.poſt mediũ tituli.
—Spacioſitatem charitatꝪ.quia maria diligit diligentes ſe.
Agricolatõem diuine ſtudioſitatis.
Fecunditatẽ maternitatis.ibi enim creuit frumenti illiꝰ ꝓcioſum granũ q̃ paſcunt̃ aues et aĩalia.angeli.ſ.⁊ fideles ſimplices in ſacramẽto altaris q̃ſi ĩ vno ꝑſepio. B

Maria campus

Quia ibi creuit fenũ dominice carnis.qꝛ oĩs caro fenũ.Iſa.xl. Fenum videlicꝫ qđ maria ꝓducit iumentis.q̃ etiã ſaluat homines et iumenta.id ẽ.ratõnabiliter viuẽtes et ſuoꝝ deferentes onera mandatoꝝ.

Maria paſcua

Quia campus cõmunis locus paſcue.Et in vita eiꝰ ⁊ exẽplis reficiunt̃ ⁊ pĩgueſcũt fideles aĩe.ſicut habeſ lib.xij.particula.i.ꝟſu.xij.orti ꝯcluſi.¶ Maria etiã paſcuã eſt.quia paſcua ſponte ꝓferunt herbã.Unde. Germinet terra herbã virẽtẽ.Geneſ.i.Item paſcua hec viret fide ⁊ virtutibꝫ.et eterna ꝑſeuerãtia ſctitatis.Itẽ ꝯmũis vt dictũ eſt.Item nutrit̃ humore ⁊ imbribꝫ gratiaꝝ.Itẽ dat fenũ.i.grãm ꝯgnoſcẽdi ſe eſſe fenum.i.carnem cito moriturã.vt hũilietur. Itẽ paſcua nõ excolit̃.ſimiliter nec maria humano exercitio.

Thomas aplus

Quia campus ab auibꝫ freq̄ntatur.i.ab angelis.Eccl.xxvij.Volatilia ad ſibi ſilia ꝯgregant̃ qꝛ virginitas ſoror eſt angeloꝝ.ſicut dicit thomas ap̄lus
Quia celo ſemꝑ exponit̃.Et ipa corde patulo ſemꝑ inhiabat ad dona ꝑfecta q̃ deſcendunt a patre luminũ.Iacobi.i.

Maria campus

Quia ibi aer ſalubrior q̃ꝫ in villis.quia grã eius ſalus anime.ſed grã mundi fallax ⁊ vana pulcritudo ipius.
Quia obediẽs dicit̃ cãpus qñ fructificãdo reſpõdet agricole.et ipa bñ r̃ndit agricole ſuo.i.ſpũiſancto.qñ cõcepto ſaluatore ſtatim viſitauit elizabeth.Lu.i.
Quia planus ꝑ ſimplicitatẽ.⁊ demiſſus ꝑ humilitatẽ.Unde pſ.ciij.Aſcẽdunt mõtes et deſcendunt campi.
Quia locus eſt ad ſpaciandũ.Unde ipa vocat amatorẽ ſuũ ad meditanduꝫ de ea.Canti.vij.Veni dilecte mi egrediamur ĩ agrũ.In hoc ꝙ dicit Egrediamur oſtẽdit ſe eſſe ſociã meditãtiũ de ea.Ezech.iij.Surgens egreſſus ſum in campum.Nota prius enĩ ſurgendũ eſt a vicijs.et egrediendũ a ſe carnali.vt fiat ſpiritualis.Et ecce glĩa dñi ibi ſtabat.Maria enĩ habitaculũ gl'ie.i.filij dei.q̄a gl'ia patris filiꝰ ſapiẽs.Parabo.x.Cũ illis etiã ſtat glĩa domini q̃ ſunt campi ſm ꝓꝓetates ſuꝓradictas.

## Maria ager Titulus iiij.

Ager ſm ꝓꝓetates campi ſupiꝰ aſſignatas.Et dicit̃ ager ab agendo.quia btã ꝟgo mltꝫ fuit ꝟtutũ actõibꝫ.et multiplici ſpũſſcti exercitio exculta.multis etiã tribulatõibꝫ ꝓ filio ⁊ cũ filio agitata.De hoc agro dicit̃ Geñ.xxvij.Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni floribus ſcꝫ.Cui benedixit dominus.Ad lr̃am verba ſunt yſaac benedicentis iacob.Myſtice verba ſunt patris de filio et matre.In hoc autẽ ꝙ filio ſimilitudo matris aſſignat̃.ſpecialis prerogatiua marie deſignatur.Et quia in iacob chriſtũ ex eo naſciturũ yſaac intellexit.ad chriſtũ et mariam referunt̃ verba que dixit.Ager plenꝰ maria gratia plena.Cui benedixit dominus.Unde dictũ eſt ei.Benedicta tu in mulieribus ⁊c.Vel ager plenus floribus.virginalis marie vterꝰ.cui bñdixit dominus in ſuo ingreſſu.Vñ.Dominus tecũ.Benedicta tu in mulieribus ⁊c.Eſt igitur odor chriſti ſicut odor agri pleni.quia talem ſuauitatis odorẽ emittit filius.qualis procedit a matre.Filius enim dicit Eccl'iaſtici.xxiiij.Quaſi balſamũ non mixtũ odor meus.Et đ matre dicit̃ Canticorũ.iiij.Odor vnguentorũ tuorum ſuper omnia aromata.Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni.cui benedixit dominꝰ.Delectatus ergo pater ſuaueolentia virtutũ filij in cuibus ſpirat et redolet odor matris velut redolẽtium ſuauitas floſculorũ dicit.Ecce odor ⁊c.Cũ autẽ dicit ecce matrẽ ⁊ filiuꝫ ꝓponit nobis in exemplũ.Hoc enĩ aduerbiũ ecce excitatiuũ eſt ⁊ demõſtratiuũ.Et ꝑus excitatiuũ.ſicut ſi vellem aliq̄d oſtendere dormienti ꝑus excitarem eum. A B

Demonſtratiuū.qꝛ ſemꝑ affert aliquē rumorē triſtē aut gaudiū.[Odor filij mei ſi
cut odor agri pleni.]Quia chriſt⁹ nat⁹ eſt de mūdiſſima totus mūd⁹. De dulciſſi
ma totus dulcis. De miſericordiſſima tot⁹ miſericors.et cetera hmōi. Ager ꝗ plen⁹
maria.cui⁹ redolentiā ſpūaliter magnus ille ꝑſenſit ꝑriarcha multꝭ inter medijs
natōnibus. Vñ p̄ gaudio eructauit[Ecce odor ⁊c.] Nos etiā poſt multas genera
tōes de illa plenitudīe adhuc aliq̄d vel tenuiter deguſtamus. Huic agro bñdixit
dñs.quia ipa eſt terra illa quam dñs benedixit.et ꝑ quā auertit captiuitatē iacob.
cōtra h̄ quod dictū eſt ade Gene.iij.[Maledicta terra in opꝫ tuo].i.ꝓ ope tuo .ſ.
ꝑ peccato. Quia in ope hominis venter mlieris ꝯcipit in peccato. et parturit ī do
lore. Sed ſublata eſt hec maledictio.et bñdictio reſtituta.qñ marie dictū ē aue.⁊
annūciata eſt in mulierib⁹ benedicta.

Itē de h̄ poteſt intelligi et exponi illud Mat.xiij. Simile eſt regnū celoꝝ theſauro C
abſcōdito in agro.quē q̄ inuenit hō abſcōdit.et p̄ gaudio illi⁹ vadit ⁊ vēdit vniuer
ſa q̄ habet et emit agꝝ illū. Ager maria ſicut expoſitū eſt. Theſaur⁹ abſcōdit⁹ in
h̄ agro chriſtus.cui dꝛ Iſa.xlv.[Vere tu es de⁹ abſcōditus]q̄ nouē mēſib⁹ latu
it in vtero virginali deſignato ꝑ vrnā aureā q̄ continuit hunc theſaurū. Et nota
q̄ tria ſolent ꝑncipaliter theſaurizari.aurū.ſ.et argentū.⁊ lapides ꝑcioſi. Auꝝ.aīa
chriſti ꝑcioſiſſima creaturaꝝ.ſicut auꝝ metallorū. Argentū cādidū.caro chriſti ꝟ
ginea. Lapides ꝑcioſi.gutte ſāguinis chriſti. Theſauro iſto redēpti ſum⁹ pariter
et ditati.qa chriſtus aīam ſuā poſuit ꝓ animab⁹. carnē ꝓ carne hūana. et ſangui
nem fudit vt viuificaret filios.exēplo pellicani.qꝛ anima oīs viuentꝭ ꝑ gratiam ī
ſanguine ei⁹ eſt. Leui.xvij. Hic eſt theſaur⁹ quē q̄ habuerit diues ē.et ſi nihil ali
ud poſſederit.⁊ q̄ nō habuerit pauꝑ eſt.et ſi mundū poſſederit vniuerſū. De h̄ the
ſauro quere libro.iij.titulo de ꝓuilegijs carnis virginee.et libro.iiij.ti. xxi. Seqꝛ. D
[quem].ſ.theſaurū vꝉ agrū[q̄ inuenit hō abſcondit.] Bene dicitur[inuenit.]ꝓꝑe eni
inuentio eſt habere filij vꝉ matris grām.et purū beneficiū qđ meruiſſe nō poterāt
toti⁹ obſeq̄a creature. Vnde et matri dictū eſt. Inueniſti grām apud deū. Et pa
ſtoribus. Inuenietꝭ infantē[Domo].i.ratōnalis. Nō enim leo ſupbie.vꝉ ſerpēs
inuidie. et cetera hmōi.matris vꝉ filij graꝫ impetrāt.nec ceteris vicijs ſubiacētes.
[Abſcondit.] Secrete eni vult diligi maria q̄ ſemꝑ dilexit ſecretū.⁊ vt ei q̄ſi abſcō
dite ſeruiatur.que ſemꝑ in abſcōdito et q̄ſi clauſo oſtio dño ſeruiebat. Quod notatur
cum dicitur. Ingreſſus angelus ad eā.[Et p̄ gaudio illi⁹ vadit.] Qui vadit de loco
ad locū mouetur.quia vera dilectio nunq̄ꝫ eſt ocioſa.vt q̄ſquis eam diligit ad ſtudia
et exercitia moueatur aſſidue q̄ tante virgini crediderit ꝯplacere. Et h̄ p̄ gaudio illi
us.vt gaudenter ei ꝯſeruiat et cū leticia. que gaudiū pepit toti mūdo. Nullū eni
maius gaudiū ꝯſciētie q̄ꝫ matris et filij eſſe familiarē.[Et vendit vniuerſa q̄ ha
bet.] In venditōe fieri ſolet q̄dam cōmutatio.vt detur vnū ⁊ accipiatur aliud. Si
militer ⁊ hic opꝫ vt detur ⁊ ꝯmutetur ꝓ humilitate ſupbia.ꝓ caſtitate luxuria. pro
largitate auaricia.et cetera in hunc modū. Vendit igitur vniuerſa q̄ habet q̄ ꝓ ho
nore matris et filij.mundi diuitias et delicias carnis.et cetera delectabilia reſpu
it ⁊ cōculcat.et expendit in ei⁹ obſeq̄o q̄cq̄d habet.[Et emit agꝝ illū.] vt ſit illius
portio maria in terra viuentiū. Vnde de forti mliere q̄ ſignat aīam fidelē dicitur ꝓ
uer.in fine. Conſiderauit agꝝ iſtū et emit eū. Talem eni familiā vult habere virgo
dulciſſima.et tales illi ſeruire digni ſunt. Vnde cātat eccl'ia. Sicut dies verni cir
cūdabant eā flores roſaꝝ et lilia conuallium. Florigeri.ſ.velut roſa ꝑ charitatē.⁊ cā
didi intus et extra ꝑ duplicē caſtitatē.que notatur in lilijs. et q̄ſi conualles ꝑ dupli
cem humilitatē. Hinc eſt qđ rogam⁹ eam. Nos culpis ſolutos ⁊c. Itē de h̄ agro
dicit q̄dam ꝓſaice. Hic eſt ager ille plen⁹.cui⁹ odorā amenus.ſeni mouet gaudia.
Ager cui⁹ ad honorē.ſeſe campi iactat florē.q̄ gubernat oīa.

## Maria mons Titulus v.

Iſidor⁹ Mons q̄ dicitur ab eminētia ſm iſidorū.vꝉ ſm alios dicitur mons q̄ſi moles op A
poſita naſcēti ſoli. Moles eni īmobilis hūilitatis marie. quā hūilitatem
chriſtus adamauit vt de ipa naſci dignaretur.ſe opponit ꝑ familiarib⁹ ſuis

# Maria figurat̃ his que pertinẽt ad terrã

feruoꝛi ſolis iuſticie/ ne ipſos arefaciat. Jaco. i. ⌊Exoꝛtus ẽ ſol cũ ardoꝛe. ⁊ arefe/ cit fenũ⌋ i. carnales.

Quere expoſitõ ne prima pagina ꝺ archa

Hic ẽ mons coagulat⁹ ꝑ integritatẽ virginitatis. Vñ dicit patri vl' filio. Sicut caſeum me coagulaſti. Job. x.

Hic eſt mons pinguis pĩguedĩe charitatis. Adipe deuotõis. Vbertate fecũditatꝫ. Oleo miſicoꝛdie et pietatis. Butyro mãſuetudinis. Melle ꝯtẽplatõis. Craſſitu dine gratie ſingularis. Et nota ꝙ ps. lxvij. bis dicit̃ ⌊mons pinguis⌋ q̇a et ꝑ ſe et ꝑ nobis data ſunt ei omniũ cariſmata grãrum.

Hic ẽ mons in q̇ debẽt adoꝛare veri iudei. Johis. iiij.

Hic eſt mons ſignatus ꝑ montes armenie vbi req̇euit archa. Gene. viij. q̇a inundãte diluuio peccatoꝝ ſuis ꝓcibus ſuſtentat eccl'iam et fidelẽ animã. B

Hic eſt mons viſionis. Geñ. xxij. vbi abraham filiũ voluit ĩmolare.

Hic ẽ mons galaad. Geñ. xxxi. qꝺ interꝑtat̃ aceru⁹ teſtimonij. q̇a ĩ ea ꝯueniũt teſtio nia oĩm ſcꝑturaꝝ. veterꝫ et noui. ⁊ tã oꝛacl'a ꝓphetaꝝ q̃ꝫ opera patriarcharũ teſti/ monium ei reddunt.

Hic mons oꝛeb. qꝺ ĩterꝑtat̃ mẽſa. q̇a lacte ei⁹ refect⁹ ẽ ille ꝑ quem nec ales eſurit.

Hic mons thaboꝛ. qꝺ interꝑtat̃ lumẽ veniens. q̇a in eam ꝓmo venit. ⁊ ꝑ eaꝫ venit lu men eternũ ſedentib⁊ in tenebꝛis. et in ea trãſfiguratus ẽ dñs omniũ aſſumẽs foꝛ/ mam ſerui. Matth. xvij. Marci. ix. Luce. ix.

Hic mons oliueti ſic dictus. ꝓpter copiam oliuarũ. et ipſam dominus cumulauit ple nitudine grẽ et fecit matrẽ miſericoꝛdie.

Hic ⌊mons in quo beneplacitũ fuit deo habitare in eo⌋ nouẽ menſib⁊ coꝛpaliter. et ĩ quo ſm ꝙ deus ⌊habitabit in finẽ⌋ i. ſine fine. ſine termino. ſine menſura.

Hic eſt mons ſelmon. qꝺ interꝑtatur vmbꝛa. que relinq̇tur ex lumine et coꝛpe opa/ co lumini oppoſito. Et ipſa habuit coꝛpus ꝟgineũ et lumen graꝝ. q̇b⁊ duob⁊ ob/ umbramur ꝑ grãm ꝯ̃ feruoꝛẽ vicioꝛũ. et in ipſo. i. ꝑ ipſam dealbant̃ pctõres niue. i. ſuꝑ niuem. Jſa. i. Si fuerint pctã vrã vt coccinũ. q̃ſi nix dealbabunt̃.

Hic eſt ille mons. dañ. ij. ⌊de quo ſine manib⁊⌋ i. ope virili ⌊abſciſus eſt lapis ille⌋ i. chriſt⁹ ⌊q̇ ꝑcuſſit in pedib⁹ ſtatuã nabuchodonoſoꝛ.⌋ Aliter. Per hũc mõtẽ ſignat̃ altitudo humane nature in q̇ fuit ante peccatũ. de qua altitudine chriſt⁹ carnẽ aſſũ pſit q̇ ad immunitatẽ peccati. Non tñ ꝙ caro quã chriſt⁹ aſſumpſit anteq̃ꝫ eã aſſu meret foꝛte tal' fuerit. ſed aſſumẽdo eã talem fecit. ⌊Sine manib⁊.⌋ q̇a caro chriſti templũ dei ẽ figurata ꝑ templũ ſalomõis. in cui⁹ cõſtructõe nõ ſũt audita malleus ⁊ ſecuris ⁊ oĩe ferramẽtũ. iij. Regũ. vi. ſꝫ ei⁹ artifex fuit ⁊ ꝯditoꝛ ipſe de⁹. Heb. xi. C

Itẽ ipſa eſt mons vmbꝛoſus et cõdenſus. Abacuc. iij. ſm aliã lrãm. a q̇ deus vẽit ad nos. Vñ ſic ibi legit̃. ⌊Deus a libano veniet. et ſanct⁹ de mõte vmbꝛoſo et ꝯdẽſo⌋ Beata virgo mons ꝓpter eminentiã ſctiſſime cõuerſatõis ſue. que dicit̃ liban⁹ q̇ ĩ terꝑtat̃ candoꝛ ꝓpter ꝓrogatiuã virginal' puritatꝫ. Vmbꝛoſus etiã dicit̃ iſte mõs. q̇a virtus altiſſimi obumbꝛauit ei in conceptõe filij dei. q̇ eſt lux inacceſſibil'. et lu cem habitat inacceſſibilẽ. i. ad Thimo. vi. Cõdenſus eſt etiã mons iſte ꝑ vniuerſa rum virtutũ multitudinẽ. q̇ deſignat̃ in cõdenſitate arboꝝ. q̇a in ea q̃ſi conſite a di uina ſapiẽtia circũierũt omnes ꝟtutes in ſuꝑlatiuo. De hac cõdenſitate mlta iue nies lib. xij. ꝑticl'a. i. ix. verſu de oꝛto. vbi oꝛtus dicit̃ denſus. i. ꝯdenſus. Dicit̃ g̊. ⌊Deus a libano⌋ i. a cãdoꝛe vteri ꝟginal' ⌊veniet⌋ ad ſaluãdũ nos. ⌊et ſanct⁹⌋ ſctõ rũ. Dañ. ix. ⌊de mõte vmbꝛoſo et cõdenſo⌋ vt ſuꝑ. D

Item ipſa ẽ ille mons dom⁹ dñi eleuat⁹ ſuꝑ oẽs colles. i. ſanctos. q̇s oẽs dignitate trãſcendit. et q̇ omnes iferioꝛes ea ſunt. ſicut collis minoꝛ eſt monte. De q̇ monte dꝛ Jſa. ij. ⌊Erit in nouiſſimis dieb⁊ ꝓparatus mons dom⁹ domini ĩ ꝟtice mõtiũ. et eleuabit̃ ſuꝑ colles. et fluent ad illũ omnes gẽtes.⌋ Nouiſſimi dies/ tps grẽ. dom⁹ dñi/ eccl'ia catholica. mons ſingularis/ beata virgo. ꝓparatus ꝑ ꝓdeſtinatõnez ab eterno. Vnde ipſa dicit ꝓuer. viij. ⌊Ab eterno oꝛdinata ſum et ex antiq̇s⌋ in ſalutẽ humani generꝫ et ſuſtentatõem eccl'ie. Montes ⁊ colles/ ſancti vtriuſqꝫ teſtamẽti. Vertex hoꝛũ montiũ/ beata ꝟgo gratia et meritis trãſgrediens vniuerſos. Vl' ipſa E



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt mons in vertice montiū .q̄a exaltata ſup̱ choros angelorū. In verbo fluendi notant̄ ſeptē ꝓprietates ſeruis marie cōuenientes. F
Primū eſt impetus feruoris. quia cū feſtinatōe et impetu rūpenda ſunt oīa obſtacula vt ei digne ſeruiatur.
Scōm deſcēſus hūilitat̄. Fluūt enī flumīa ad valles. ⁊ ſola hūilitate ꝑueniť ad eā.
Terciū abundantia q̄ notať in v̄bo fluendi vt abundet in omni ope bono qui eidem deſiderat famulari.
Quartū deſideriū. vt deſideret q̄dam fluxu liqueſcere in deſiderio eius. Canti. v. Anima mea liquefacta eſt.
Quintū ꝑmanentia. ſicut fluuiꝰ nō mutat alueum. Qui enī ꝑſeuerauerit vſq̄ in finem in eius ſeruitio ſaluus erit.
Sextū ꝓfectus. vt ſeruus marie ſemp̱ ꝓficere ſtudeat de bono in melius.
Septimū aſſiduitas. vt aſſidue fluat ſeruus marie. in deſiderijs. in lacrimis. ī operibus bonis. et orationibꝫ deuotis. G

Maria mons

Quia latus in pede vel radice. Radix marie hūilitas que eſt fundamentū eius latius et ꝓfundius q̄ꝫ omniū ſanctorum.
Quia anguſtus in cacumine. Cacumen marie eſt maternitas. cuiꝰ modus incomp̄henſibil' ⁊ ſine exēplo ſingularis. quia generatōem eiꝰ quis enarrabit. Iſa. liij. Eodem. lxvi. Quis audiuit vnq̄ꝫ tale?
Anſelmꝰ. Quia terra adiacente ſupior .i. omni pura creatura. celo. i. ſolo chriſto deo et hoīe inferior. Anſel. Nihil equale marie. Nihil niſi deus maius maria.
Quia terrā ſe toto excedens. quia in nulla virtute inuentus eſt ſimilis illi.
Quia terra ſup̱ terrā exaltata. aliter nō eſt mons. Nā filio dei imp̄gnata nō tm̄ ſuper oēs hoīes eſt exaltata. imo in ſe cōtinuit ipm̄ celū. Unde dicit Ecci. xxiiij. Gyrū celi circuiui ſola. Celos etiā attingebat ſtans in terra. Sap. xviij. Et ideo dicitur mons in vertice montiū. Iſa. ij.
Quia terre ſemp̱ adheret. id ē peccatoribus q̄ terra ſunt. ꝑ affectū miſericordie dicens. Quis infirmatur ⁊c̄.
Maria mons. Quia terrā ſibi ſubditaꝫ valide ꝓtegit q̄ꝫdiu ſibi ſub eo eſt. Et ipa ſibi ſubditos niſi per peccatū mortale ab ea receſſerint.
Quia alōge videť. Nā ꝑ oīa mūdi climata exiuit ſonꝰ pietatis ⁊ miſīcordie ipiꝰ.
Quia q̄cq̄d venit deſurſum priꝰ ſuſcipit. et ide deſcendit ad valles ꝓpinq̄s. Nam in incarnatōe ſuſcepit p̄or omne datū optimū. et de plenitudīe eius accipiūt humiles propinquantes ei ꝑ veram dilectōem.
Quia omnia flumina vel fere omnia ortū habent a montibꝫ. Et de ea natꝰ eſt ille q̄ dicit. [Ego quaſi fluuius dorix] a quo ad illā defluunt. et ab ipa ad nos fluenta gratiarū [que fluunt impetu de libano.]
Quia fontes ꝑſpicuos et frigidos emittit ī pede. i. ī affectu charitatiue ad refrigerandum nos.
Quia idoneꝰ munitiōibꝫ et ſpecul'. Et ipa eſt munimētū eccleſie et omniū fideliuꝫ. In exemplis etiā eius q̄d fugiendū ſit. et q̄d amplexandū poſſumus ſpeculari.
Quia in montibꝰ fit maior tēpeſtas q̄ꝫ in vallibus vel in planis. Et in vnigeniti ſui paſſiōe turbata eſt valde. et fuit omnis plaga triſticia cordis eiꝰ. Ecci. xxv.
Quia mons habitatio et receptaculū feraꝝ. Unde [Mōtes excelſi ceruis] refugiū ſcꝫ. et ipa refugiū illorū q̄ fugiunt a facie arcus. i. diuini iudicij. Aliter. Illoꝝ eſt etiā habitatio q̄ mundū fugiūt. q̄a de mūdo nō ſunt. q̄s mūdus ſagittat detractionibꝫ et maledict̄. Iiere. ix. Sagitta vulnerās lingua eorū ⁊c̄. Paſcit etiā tales in paſcuis vberrimis. Unde iob de onagro. xxxix. [Cōtemnit multitudinē ciuitatis] Et poſt pauca. [Circūſpicit montes paſcue ſue. et virentia q̄q̄ perquirit.] Propter hoc ipi dicitur. Sicut letantiū omniū habitatio eſt in te.

Maria collis Titulus vi.

Collis] Diciť maria mons et collis. ſed mons reſpectu angelorū et ſcōrꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ĩmo totius creature. Et dicunť ſnacti colles. Gen̄. xlix. Donec veniret deſideriū colliū eternoꝝ. Ipam enī deſiderabāt colles eterni. i. ſancti patriarche et ꝓphete. Unde dicebat iacob Gen̄. xlix. Salutare tuū expectabo domie. Et yſaias. xxvi. q̄ſi ꝓuidens eā dicebat ei. Nomen tuū do dn̄a. et memoriale tuū in deſiderio anime. Collis autē dicit̄ reſpectu ſolius filiȷ̄. q̄ maior eſt ea. ſicut mons maior colle. Btūs anſelm⁹. Nihil eq̄le marie. nihil niſi deus maius maria.

Anſelm⁹

Maria concaua vallis. id ē. vallis et cōuallis Titulus vij.

Concaua vallis. i. vallis et cōuallis. Nec eſt vallis abūdans illo frumēto d̄ quo dicit̄ Joh. xij. Niſi granū frumenti ꝛc. Itē Iſa. xl. Oīs vallis implebitur. Maria poteſt cōgrue dici oīs vallis. ſicut dicit̄ mł'ier ex oīb9. Eccl'es. vij. et hoc ꝓpter omnimodā humilitatē cordis. vocis. opis. et omniū ſenſuū. et ꝓpter h̄ impleta eſt om̄i cariſmate ſpiritali. Unde et dicta ē g̃ra plena. Et oīs mons et collis humiliabit̄. chriſt⁹. ſ. in incarnatiōe et paſſiōe. Nec ſolū dicit̄ ipa vallis ſed ꝯuallis. Unde de ea dicit chriſt⁹. Cōuallē tabernaculoꝝ metibor. Ipa enī ꝯuallis ē ꝑ duplicē hūilitatē. Tabernaculoꝝ. q̄a in ipa habitare debēt militātes ꝛ ꝑegrini. Iuxta q̄d ei dicit̄. Sicut letan. oīm habi. eſt in te. ſcā dei genitrix. Metibor. q̄a ſol⁹ chriſt⁹ penſare ſufficit ꝛ metiri magnitudinē ꝛ q̄ntitatē m̄ris ſue.

Maria deſertum Titulus viij.

Verſus tercius

Deſertū. De quo dn̄s dicit Iſa. xliij. Dedi in deſerto. i. in maria. que in ꝯs. appellať terra deſerta inuia et inaq̄ſa. Dedi inq̄m in h̄ deſerto viā. id ē. chriſtū. q̄ eſt via veritas et vita. Joh. xiiij. Et in inuio. i. in ipa maria que eſt terra ꝑ quā nō ambulauit vir. ſ. marit⁹ ſuus ioſeph. Hiere. ij. Un̄ canit eccleſia. Via viris inuia. Flumia. gratiaꝝ ꝛ donoꝝ. Et glificabit me beſtia agri. i. cetus petōrū mundi. quia ſemꝑ g̃as agere debēt de tali ac tāto dono q̄ reuertunť ad g̃ram et gl'iam. Itē Iſa. xliij. Dedi in deſerto. i. in maria. aquas. g̃raꝝ. ꝛ flumina in inuio. ſicut expoſitū eſt. vt darem potū populo meo electo meo. Nō dicit tm̄ populo meo. i. chriſtianis. ſed addidit electo meo. i. p̄deſtinatis. Itē Iſa. xli. Ponam deſertū in ſtagna aq̄ꝝ. et terrā īuiā in riuos aq̄ꝝ. Maria eciā vere fuit deſertū a deſerēdo. q̄a deſeruit diuitias. delicias. pompā et gl'iam mūdi. omnia hm̄oi reputās vt ſtercora vt lucrifaceret chriſtū. Deſertū etiā fuit. q̄a cor eius longe fuit a ſtrepitu et tumultu mūdi. nec cōculcatū fuit freq̄ntia terrenaꝝ cogitationū aut curaꝝ. ſed virens ꝑmāſit ac floridū. et oīa germina ꝓduxit virtutū. nec ibi audiebať vox hominis. i. ad hoīem ꝑtinentis. ſed ibi canebāt turtur. i. ſpūſſctūs. ꝛ alauda laudis diuine.

Maria ſolitudo Titulus ix.

Solitudo. ſm̄ ꝓprietates deſerti. et h̄ec fuit ſolitudo. q̄a ſepata a turbine mūdi et ſoli intēta creatori. Et in hāc ſolitudinē animi ducebat eā ſpūſſanctus ſicut p̄dixerat Oſee. ij. Ablactabo eā. ꝛ ducā in ſolitudinē. et loq̄r ad cor ei⁹. Hec ſolitudo ꝯtēptus mūdi. in quā ducta fuit q̄n ſpiritus dn̄i inſpirauit ei et mundi cōtemptū. et amorē ſolitarie vite. De hoc deſerto et de hac ſolitudine p̄dixerat Iſa. xxxv. Letabiť deſerta et inuia. ſicut expoſitū eſt. et exultabit ſolitudo. Quod fuit q̄n dixit. Exultauit ſpūs meus in deo ſalutari meo ꝛc. Et florebit q̄ſi liliū. ꝑ intemeratā virginē. Itē de hac ſolitudine Iſa. xli. Dabo in ſolitudine cedrū et ſpinā et mirtū ꝛc. Hic enumeranť ſeptē arbores q̄ quaſi creuerūt in hac ſolitudine. Expoſitionē eaꝝ libro. xij. particl'a. i. nono ꝟſu orti ꝯcluſi. quere. Item. Nata beata virgine in ſolitudine mūdi ꝓ ſaliunca aſcēdit abies. et ꝓ vrtica creuit mirtus. Iſa. lv. Saliunca curua eſt breuis et aculeata. et vrtica facit pruritū. Talis fuit prima mater. que ſtatim guſtato cibo vetito ſenſit motus et punctiones carnis. que duo ꝑ eam in omni carne humana pullularunt. Sed beata virgo fuit quaſi abies. ſ. recta. plana. leuis. ſine aculeis prauorū motuum ꝛ malarū cōcupiſcentiaꝝ. Fuit etiam quaſi mirtus que carnem ꝓſeruat a putrefactione. Mitigatiua etiā eſt et ꝛpatiua. et maria nec pruritū ſenſit nec leſionē caſtitatis. ꝯtra hoc q̄ꝛ vrtica pungit et vrit. Pro vrtica ergo creuit mirtus. q̄n loco A



ȝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eue ſucceſſit maria.ꝑ quã conſolationẽ habemus et mitigationẽ.
Hec eſt ſolitudo in qua anan qui interp̄tatur donatus vł gratificatus.ſiue donum B
aut gratificatio.inuenit aquas calidas gratie que coꝛ abluit refrigerat et fecũdat
ad bonũ inq̄ntũ aqua.et calefacit per amoꝛẽ inq̄ntũ calida.ſicut legiꝛ Gen̄. xxxvi.
Per iſtũ anan intellige virũ iuſtũ.dic quomodo.et h maxime qñ volũtarie paſcit
aſinos et oues ſebeon patris ſui.ſicut de illo anan ibidẽ legiꝛ.

Solitudo amica C

Innocẽtie.quã maria iugiter ſeruauit. Jõ iohẽs antra deſ'ti tener' ſubijt ſub ãnis.
Taciturnitati. Jſa.vi. Uir pollutus labijs ego ſum.et in medio populi polluta la
bia habẽtis ego habito. Ecce cauſa pollutõis labioꝝ. Ideo de amatoꝛe ſolitudi-
nis et taciturnitatis dicitꝛ Trenoꝝ.iij. Sedebit ſolitari⁹ et tacebit ꝛc̃. Item. Elõ
gaui fugiens ꝛc̃.
Contemplatõi. Unde poſtq̄ӡ dixit. [Sedebit ſolitarius et tacebit] ſtatim ſubdit.
**Solitudo amica** [Et leuabit ſe ſup ſe] celeſtia contẽplando.
Uirgitati.quã dina amiſit euagãdo. Gen̄.xxxiiij. Maria fuauit clauſa ĩ thalamo
Longanimitati ſpei. Unde poſtq̄ӡ dixit p̄s. [Elõgaui fugiẽs et mãſi in ſolitudĩe]
ſubdit [Expectabã eũ ꝛc̃.] ꝑ longanimitatẽ ſcӡ.
Angelice ſalutatõi.vt patet in maria Lu.i.et viſitationi.vt patet in zacharia ſolo
exiſtente in templo. Luce.i.
Diuine inſpiratõi. Unde de fideli anima dicit chriſt⁹ Oſee.ij. Ducã eam in ſolitu-
dinẽ.et loquar ad coꝛ eius.

Maria petra Titulus x.

Petra. Hec ẽ petra ſup quã nõ eſt inuentũ veſtigiũ colubꝛi.id ẽ.diaboli.pa A
rabolaꝝ.xxx. qđ triplex eſt.ſupbia.auaricia.luxuria. Primũ excluſit ab ea
humilitas. Scđm charitas. Terciũ virginitas. Hec eſt petra illa de qua ĩ
p̄s. [Petra refugiũ ericijs.et leporibus] ſm aliã lrãm. Ericij ſunt magni pecca-
toꝛes obſiti denſis peccatoꝝ aculeis.q̃ cũ coꝛrigunꝛ armant ſe ſpinis ſuis.id ẽ. ex-
cuſatõib9. Tamẽ ſi hũiliter ad mariã ꝯuertanꝛ poſſunt apud eã refugiũ inuenire.
Uel ericij ſunt humiles penitẽtes hirſuti ꝑ ieiunia.vigilias.ſaccũ. et ciliciũ. ꝛ hu-
iuſmodi. Et hmõi ſpinis ſe debet armare qui vult apud eã refugiũ ĩuenire.ne poſ
ſit moꝛderi a carne vł diabolo.ſicut ꝑtica armata ſpinis ſuis nõ timet moꝛſum lu
cij deuoꝛatoꝛis. Lepoꝛes ſunt timidi pctõꝛes fugientes a iuſticia filij ad miſericoꝛ
diã matris.ſicut fecit theophil⁹.de cuiuſmodi dicitꝛ ꝓuer.xxx. [Lepuſcul⁹ plebs
inualida.collocat in petra cubile ſuũ. i.in maria refugiũ ſuũ.ꝛ in eius miſicoꝛdia
ſpem ſuã. Et nota q͛ dicitꝛ [plebs inualida] i.illi q̃ infirmitatẽ ſuã humiliter attẽ
dunt.et ſe nulli⁹ valoꝛis reputãt coꝛã deo. Ipa eſt enim [que dat laſſo virtutem]
Jſa.xl. [ꝛ his q̃ nõ ſunt] ſm ſuã reputatõeӡ [foꝛtitudinẽ ꝛ robur multiplicat.]

Lepus penitens B

Magnas habet aures. Jacobi.i. [Sit omnis homo velox ad audiendũ] vt exẽ-
plo marie auide audiat de eternis. Jſa.l. Erigit mane.mane erigit mihi aurẽ.vt
audiam quaſi magiſtrũ.
Sp mouet labia ꝑ pſalmodiã et oꝛõeӡ. Uñ.i.ad Theſ.v. Sine itermiſſiõe oꝛate.
Dicitꝛ q̃ſi leuipes.q̃a velociter currit. Grece vero ꝑ curſu dicitur lagos.
**Lepus penitẽs** Pauidus Eccĩ.v. De ꝓpiciatu peccatoꝝ noli eſſe ſine metu.
Uelox.vt q̃cquid boni poteſt omni inſtantia opereꝛ. Eccĩ.xxxi. In omnibus tuis
opib⁹ eſto velox ꝛc̃.
Doꝛmit aptis oculis.ecce cautela.vt poſſit implere illud Canti.v. Ego doꝛmio ꝛ
coꝛ meũ vigilat. Item ephe.v. Uidete quomodo caute ambuletis.
Idem maſcul⁹ et femia. Uñ Jſa.xxvi. A facie tua dñe ꝯcepim⁹.ꝛ q̃ſi parturiuim⁹
Pellem ad indumentũ.carnẽ dat ad nutrimentũ. Exterioꝛ enim ꝯuerſatio penitẽ-
tis valet imitantib9 cõtra frigus et cauma tẽptationũ. Caro vero macerata ꝑ pe-
nitentiã quodãmodo paſtus eſt aĩe ipſius penitentis vł ipſius imitantis.q̃a ꝓpi-
nat vitam ſpiritui moꝛtificata caro.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Item. Hec eſt petra ad quā allidendi ſunt paruuli babilonis.id ē. p̄mi motus. et malicie et neq̄cie cogitatus.de quibus in pſal.[Beatus q̄ tenebit] .i.retinebit ne ſileſcant et grādeſcant [paruulos ſuos] .i.motus p̄marios.qui deſignant̄ p̄ vulpes paruulas que demoliunt̄ vineā domini ſabaoth.id ē.fidelē animā. Vn̄ Canticoꝝ.ij. Capite nobis vulpes paruulas ꝛc̄.[Et allidet eos ad petrā] .i.allidēdos referet ad chriſtū.orās vt motus noxios rep̄mat et tales cōcupiſcētias interimat. Vel [ad petram] .id ē.mariā.inuocando fideliter auxiliū huiꝰ petre. Ipiꝰ enī adiutorio conterit̄ caput ſerpētis.id ē.initiū ſuggeſtionis .De hoc habemꝰ exemplum in beato benedicto.q̄ ſentiēs ſtimulos carnis ſue vehementer inſurgere ꝯtra animā.p̄iecit ſe in vepres et vrticas.ꝛ in eis diutius volutatus p̄ vulnus cutis ſanauit vulnus mentis.ſicut dicit gregorius. E

Aſcua [Propetates paſcue habuiſti ſupra.ti.iij.q̄ꝛ maria campus. Ratum ꝛc̄.

Finit liber octauus de terra .ꝛ de his q̄ p̄tinent ad terrā.q̄bus figuratur maria.

# Incipit liber nonus de receptaculiſ aquarū.que figurant mariā.

Maria mare.q̄re.iij.c. p̄mi libri LL

Fons.puteus.flumen.fluuius.torrens.aqua.ſtagnum.
Alueus. et ſitula.lacus.hydria.concha.canalis.
Trames.aqueductus.labium.piſcina.natato.id ē.natatoria.
Amnis.vena.later.ciſterna.

Maria fons Titulus .i.

Verſus p̄mus

FOns. De quo dicitur Canticorū.iiij.[Fons ortorum] ſcilicꝫ irrigatiuus. Orti iſti.'eccleſie et conſcientie iuſtorū. Huius fontis riuus.'chriſtꝰ dn̄s.q̄ dicit Ecci.xxiiij. Dixi rigabo ortū plantationū. Mater enī rigat hos ortos.ſed riuo ſuo .i.filio mediante. Dicit̄ autē fons a fundendo.quia prompte aquā ſuam exponit. Sed int̄ hūc fontē et alios fontes hoc diſtat.q̄ꝛ alij fontes quia aq̄s ſuas hauriūt ab inferiori redundāt ſup̄ius. Iſte autē fons quia aquas ſuas.id ē.dona et cariſmata.'recipit a ſup̄iori.'redundat ad nos inferius. Propter hoc dicitur q̄ꝛ aque viuentes.i.animas viuere faciētes fluunt impetu de libano.id ē.chriſto qui eſt candor lucis eterne. Item ideo dictū eſt marie[dominus tecū] quaſi fons ſuministrans tibi plenitudinē gratiarū. Et ſub hoc ſenſu pōt chriſtꝰ dici fons.maria vero canalis. Eſt autē fons caput aque naſcētis quaſi aquas fundens. A

FOns iſte ſignatus eſt Gene.ij.per illum fontē qui aſcēdebat de terra.'irrigās vniuerſam ſup̄ficiē terre. Scd̄m quoſdam fons iſte intelligit̄ abyſſus mater oīm aquarū.ex quo omnes fontes et flumina oriunt̄. Et ab illa ſanctitate cuius tota plenitudo deſcendit in mariā omnes ſanctorū ordines et omnis ſanctificatio p̄cedit. Et bene fons ille qui ſignat mariā dicit̄ aſcendere de terra.quia tota vita marie fuit quaſi quidā aſcenſus et quedā elongatio a terrenis. Congrue enī dicitur iſte fons irrigare vniuerſam ſuperficiē terre. Terra eccleſia . In ſup̄ficie terre apparet pulcritudo terre .et deſignat hec ſup̄ficies viros iuſtos q̄ de abūdātia marie hauſerūt oēs et hauriūt inceſſanter. B

HIc eſt fons ſignatus Canticorū.iiij.ſigillo videlicꝫ illo de quo dicebat̄ ei a filio vel a tota trinitate Canticoꝝ.viij. Pone me vt ſignaculū ſuper cor tuum ꝛc̄. Hoc autē ſignaculo imp̄ſſus eſt ei decor diuine ſilitudinis.'exp̄ſſius q̄ꝫ alicui creature. Vel hoc ſignaculū fides virginis .in qua ſemp̄ imobiliter ſtetit tēp̄e dn̄ice C

 z z

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf